

Illustriss., & Excellentiss. Dominis

JOANNES CEVA.



*I*merita vestra (Illustrissimi, ac
Excellentissimi D.D. Praeses, &
Quaestores amplissimi) spectare
tantummodo vellem ; opusculum
istud sanè perexiguum, & succissi-
vis temporibus properatum, conspectui vestro siste-
re minimè auderem. Quamobrem non dignitati,
non justitia, gravitatieque, caterisque virtutibus
altioribus, sed uni tantum humanitati vestrae, qua
munuscula etiam leviora non dedignatur, hanc
qualemcunque obsequii mei tesseram dedico. Rem-
numariam ratiocinio geometrico expensam vobis
exhibeo, quo nihil gratius offerre possum, modò
rem tanti momenti solide, ac perspicue exegerim.